

reputat fratres suos et filios matris et dei patris et ideo hereditate regni cum christo possessuri sunt. Item malis primus sonus erat. Mat dixit mitte illis quia nesciunt quid faciunt. Secundus sonus. Amen dico tibi quod hodie mecum eris in paradiso. Isti somni valde dulces sunt peccatoribus quia filius dei erat pro eis. Job. ii. Si quis peccauerit aduocatum habet apud patrem in christum et ipse erit propitiatus pro peccatis. Item dulcis sonus est quod latroni sero peccati pro uno verbo omnem culpam dimisit et sine pena in paradysum introduxit. Item pro toto mundo primus sonus fuit. hinc. i. salute totius mundi desidero. Bern. Quid sitis domine quid sitis. vestra inquit salutes hinc vestrum gaudium plus vestrarum animarum quam corporis mei sentio cruciatus. Secundus sonus fuit assummatum est. scilicet quod pro salute humani generis pati debuit. pro seipso primus sonus fuit. De deus meus ut quid dereliquisti me. Deus pater in manus tuas commendo spiritum meum. Isti sunt somni quos dauid. i. christus in cythara cantabat et micol. i. synagoga deridebat eum quasi unum de schurris. Idcirco imitatores christi non debeant si a malo illudantur. Bern. Quatumcumque abiectus fuero ihesu christo abiectior esse non poterō.

Feria quarta.

lxxiiij.

**D**ost biduum pascha fiet in filiis tuis tradet ut crucifigatur. Mat. xxvi. ii. ba fuit ihesu christi ad discipulos suos. In quibus verbis dominus ostendit quod tuorum membra sua morte aggravanda. primus quia mors sua fuit ignominiosissima quia in iudeorum pascha morte sustinuit quam omnes iudei congregati fuerunt. unde dicit Dost biduum pascha fiet. Omnes enim iudei ubique terrarum morabantur in festo pasche conveniebant in iherosolima epulantes et diuinantes eorum leticia magna pascha pagebant et tunc in tanta iocundo tempore tanta solenni festiuitate coram tanta multitudine populorum gentium grecorum et iudeorum qui illic conuerterant tam ignominiosa morte sustinuit. Magis contumelia esset regi terreno vel alicui nobili si coram multitudine vilium populorum ignominiam sustineret. Quanto magis celesti rege. De rege sedechia quem rex babilonis cepit et eum vincens cathenis duxit in babilonem et facto magno conuiuio fecit adducere sedechiam et coram omnibus ignominiose tradidit eum de qua ignominia ille tantum voluit quod ex tristitia mortuus fuit. ut legitur Iher. quinquagesimo secundo. Multo magis rex celestis ihesus christus dolore potuit repleri quando coram multitudine tanta ignominiose traditus fuit. Sedechias enim